

## A farkasember története

Trimalchiō ad Nicerōtem respēxit, et „solēbās” inquit „suāvius esse in convīctū; nesciō, quid nunc tacēs. Oro tē, sic fēlicem mē videās, nārrā illud, quod tibi ūsū vēnit!” Nicerōs dēlectātus affābilitāte amīcī tālem fābulam exōrsus est:

„Cum adhūc servīrem, habitābāmus in vīcō angustō. Ibī amāre coepī uxōrem Terentii cōpōnis, nōmine Melissam Tarentīnam. Forte dominus Capuam exierat: nactus ego occāsiōnem persuādeō hospitem nostrum, ut mēcum ad quīntum mīliārium veniat. Erat autem mīles, fortis tamquam Orcus. Discēdimus circā gallicinia, lūna lūcēbat tamquam merīdiē. Venimus inter monimenta: homō meus coepit ad stēlās ambulāre, sedeō ego canēns, et stēlās numerō. Deinde, ut respēxī ad comitem, ille exiit sē, et omnia vestīmenta in viam posuit. Mihī anima in nāsō erat, stābam tamquam mortuus. At ille subitō lupus factus est, ululāre coepit et in silvās fūgit. Ego prīmō nesciēbam, ubī essem, deinde accessī, ut vestīmenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt. Cladium strinxī, et in tōtā viā umbrās cecidī, dōnec ad vīllam amīcae meae pervenīrem. Melissa mea mirārī coepit, quod tam sērō ambulārem, et „Sī ante” inquit „vēnissēs, saltem nōs adiūvissēs; lupus enim intrāvit, et omnia pecora lacerāvit. Nec tamen dēnsit, etiam sī fūgit; servus enim noster lanceā collum eius trāiēcit”. Prīmā lūce igitur domum fūgī, et postquam vēnī in illum locum, in quō lapidea vestīmenta erant facta, nihil invēnī nisi sanguinem. Ut vērō domum vēnī, iacēbat mīles meus in lectō tanquam bovis, et collum illius medicus cūrābat. Intellēxī illum versipellem esse.”

(LXI. 1-6.; LXII. 14.)

Videant cōsulēs, nē quid rēs pūblica dētrimentī capiat! Sī est spēs nostrī reditūs, eam cōfirmēs, et rem adiūvēs. Imitēmur nostrōs Brūtōs, Camillōs, Deciōs! Sit tibi terra levis! Saepe stilum vertās! Minōrēs nē contempseris!

*Cūr nōn mittō meōs tibi, Pontiliāne, libellōs?*

*Nē mihi tū mittās, Pontiliāne, tuōs. (Martialis)*

Nātūram sī sequēmur ducem, nunquam aberrābimus. Sī vīs, dabō tibi testēs. Ego, sī Scīpiōnis dēsīderiō mē movērī negem, certē mentiar. Sī gladium quis apud tē sānā mente dēposuerit, repetat īnsāniēns, reddere peccātum sit. Vellem esse Diogenēs, nisi Alexander essem. Hectors quis nōsset, fēlix sī Trōia fuisset? Sī tacuissēs, philosophus mānsissēs.

## Grammatica

### Coniunctivus (kötömód)

– főmondati (önálló): kifejezhet **praesensben**: feltételeiséget, felszólítást és óhajtást vagy **praeteritumban**: irreális, meg nem valósult, illetve meg nem valósítható feltételt, óhajt

– mellékmondati (viszonyított) A mellékmondatokban szereplő coniunctivusokat csak akkor tudjuk helyesen fordítani, ha felismerjük, hogy milyen fajta mellékmondattal van dolgunk, s tudjuk azt is, melyik mondatípusban tér el az igemód használata a magyartól. Magyarra fordíthatjuk feltételes vagy felszólító móddal vagy egyszerűen kijelentő móddal.

A coniunctivusban **nincs** futurum.

### A feltételes alárendelő mellékmondatok

A főmondat a mellékmondatban megfogalmazott feltételtől függ. Kötésszavai: sī (ha); nisī (ha nem); sī nōn (ha nem [ha egy szót tagad]).

**I. Casus realis.** Tényt tartalmaz a főmondat is és a mellékmondat is. Indicativusban áll a főmondat és a mellékmondat állítmánya egyaránt.

**II. Casus potentialis.** Lehetséges, de nem bizonyos a főmondat és a mellékmondat tartalma. A tagmondatok állítmányai coniunctivus praesenseiben állnak (praes. impf. ha a jelen, praes. perf. ha múlt időt fejez ki)

**III. Casus irrealis.** A főmondat és a mellékmondat tartalma egyaránt lehetetlen, nem következhet(ett) be. Az állítmány jelenre vonatkozóan coniunctivus praet. impf.-ban, múltra vonatkozóan con. praet. perf.-ban áll mindkét tagmondatban.

**IV. Casus Mixtus.** Az előbbi három keverésével. Gyakori a realitas és a potentialitas keveredése: Memoria minuitur, nisī eam exercēās. Az emlékezőtehetség (biztosan) csökken, ha (esetleg) nem gyakorlod.